



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 48. Hujus Sessionis Decretum de Symbolo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

„vos e medio tollere minatur, exclama- Sæcul.XVI.  
 „te, hæc est vita æterna, ut cognoscamus A.C.1546.  
 „solum Deum verum, & quem misit JEsus  
 „Christus. Mementote, scriptum esse  
 „in Evangelio D. Matthæi: Nolite ti-  
 „mere eos, qui occidunt corpus, animam  
 „autem non possunt occidere, sed potius ti-  
 „mete eum, qui potest & animam & corpus  
 „perdere in gehennam.,, Denique iisdem  
 S. Simeonis verbis, a quibus exorsus eit,  
 sermonem suum absolvit, eaque hoc mo-  
 do interpretatus est: „Nunc dimit-  
 „tis Domine servum tuum, secun-  
 „dum verbum tuum in pace, quia vi-  
 „derunt oculi mei fructum & bona fa-  
 „lutaris hujus Concilii, quod parasti an-  
 „te faciem omnium populorum tan-  
 „quam lumen ad revelationem gentium  
 „& gloriam plebis tuæ Israel.,,

### §. XLVIII.

#### Hujus Sessionis Decretum de Symbolo.

Absoluta hac Catharini oratione Turi- Labbe l.c.  
 tanus Archiepiscopus quoddam De-  
 cretum legit his verbis conceptum:  
*Hæc sacrosancta œcuménica, & generalis  
 Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legi-  
 time congregata, in ea præsidentibus eisdem  
 tribus Apostolicæ Sedis Legatis, magnitu-  
 dinem rerum tractandarum considerans, præ-  
 fertim earum, quæ duobus illis capitibus, de  
 extirpandis hæresibus, & moribus refor-*

Ff 2

man-

Sæcul. XVI. mandis continentur, quorum causa præ-  
A.C. 1546. pue est congregata; agnoscens autem cum A-  
postolo, non esse sibi collusstationem aduersus  
carnem & sanguinem, sed aduersus spiri-  
tuales nequitias in cælestibus, cum eodem om-  
nes & singulos imprimis hortatur, ut con-  
fortentur in Domino, & in potentia virtu-  
tis ejus in omnibus sumentes scutum fidei, in  
quo possint omnia tela nequissimi ignea extin-  
guere, atque galeam spei salutis accipient,  
cum gladio spiritus, quod est Verbum Dei.  
Itaque ut hæc pia ejus sollicitudo principium  
& progressum suum per Dei gratiam habeat,  
ante omnia statuit, & decernit, præmitten-  
dam esse confessionem fidei, Patrum exemplo  
in hoc secuta, qui sacratiōribus Conciliis  
hoc scutum contra omnes hereses in principio  
suarum actionum apponere consuevere: quo  
solo aliquando & infideles ad fidem traxer-  
runt, hæreticos expugnarunt, & fideles  
confirmarunt: Quare Symbolum fidei, quo  
sancta Romana Ecclesia utitur, tanquam  
principium illud, in quo omnes, qui fidem  
Christi profitentur, necessario conveniunt,  
ac fundamentum firmum & unicum, contra  
quod portæ inferi nunquam prævalebunt, to-  
tidem verbis, quibus in omnibus Ecclesiis le-  
gitur, exprimendum esse censuit. Postea  
fidei Symbolum, prout in cunctis Eccle-  
siis decantari solet, integrum recitaba-  
tur, simulque prælegebatur Decretum,

vi cuius proxima Sessio ad octavam A-  
prilis diem indicebatur.

Sæc. XVI.  
A.C. 1546.

Utrumque hoc Decretum unanimi  
omnium suffragio fuit approbatum, non  
nulli tamen Episcopi quædam esse ad-  
denda contendebant, hancque ob rem,  
ut disputationis contentionem declina-  
rent, scriptotenus sua postulata expo-  
suerunt. Hos inter Fesulanus Episco-  
pus huic Decreto, aliisque in posterum  
condendis, hæc verba præfigi petiit:  
*Universalem Ecclesiam repræsentans.* Ce-  
teri vero duo Antistites Caputaquensis,  
& Paxaugustensis exponebant, quod  
hæc verba in præsenti Decreto omitti  
lubenter permitterent, ea tamen lege,  
ut in ceteris omnino adderentur.

### §. XLIX.

*Palatinus Elector novæ Lutheri re-  
formationi addidus.*

Hucusque ob Synodum Tridenti in-  
choatam ac celebratam Religionis p. 552.  
Steid. l. 16.  
negotia in Germania haud aliam indu-  
bant faciem; quippe Protestantes Prin-  
cipes mense Januario Francfurti con-  
venere, ibidemque sese adversus Syno-  
dum præmunierunt, simulque innovato  
fœdere belli sumptus contra Henricum  
Brunsvicensem impendendos suppedita-  
re, nec non Coloniensem Archiepisco-